

chritudinem in ipsa verborum ratione sitam. Et illic quidem post longam et ingentem nugacitatem, aliquid sensus percipere est: hic autem, ut scitis, etiam parva dictio sæpe totum nobis doctrinæ sermonem contexit. (S. Joann. Chrysost.: *In Genes.*, hom. XXXVI, n. 1, tom. iv, fol. 372.)

San Juan Crisóstomo deducia sólidas y elocuentes instrucciones de palabras de la Sagrada Escritura, que mil veces leemos sin penetrar su profundo sentido. Véanse las siguientes homilias: In illud «vino modico utere,» etc. Hom. I, Antiochiæ habita, tom. ii, fol. 1.—In illud «Salutate Priscillam et Aquilam,» tom. iii, fol. 172.—In inscription. Actor., hom. II, tom. iii, fol. 63.—Y la explicacion de aquellas palabras «messis quidem multa, operari autem pauci,» en la hom. XI de las inéditas, tomo xii, fol. 390.

Las palabras de San Hilario, con que concluimos la leccion XV, las hemos tomado del núm. 20, lib. i, *De Trinitate*, fol. 777.

#### LECCION XVI.

**La razon indica cuáles son las partes de que naturalmente se compone el discurso.**

Véanse dos pasajes que hemos copiado de San Agustín en la leccion II de esta segunda parte, pág. 188, y otros dos en la leccion IV, pág. 197.

**En algunos casos las disposiciones del auditorio hacen innecesario el exordio.**

San Pedro, como observa San Juan Crisóstomo, se abstuvo de todo exordio al hablar á los israelitas que habian presenciado la curacion del cojo: «Majore fiducia plena est hæc oratio: non quod in priore timeret; sed quia in homines illi irrisores non tulissent. Quare in illius exordio statim illos attentos reddit, dicens: *hoc vobis notum sit, et auribus percipite verba mea*. Hic autem non habet tali apparatu opus. Non enim segnes erant: signum quippe illos attentos fecerat: unde et stupore, et metu pleni erant: quare non opus fuit ut inde exordium duceret: sed aliunde, quo illos magis sibi conciliaret, gloriam ab se depellendo. Nihil enim tam prodest audi-

tori, quam si orator nihil magni de se dicat, sed omnem superbiam suspicionem tollat. (S. Joann. Chrysost., in Act. Apost., hom. IX, n. 1, tom. ix, fol. 69.)

Nihil ita amicos devincit et conjungit ut ærumna: nihil ita fidelium animos constringit et colligat. Nihil nobis doctoribus opportunius, ut dicta nostra audiantur. Auditor enim tranquille agens, mollis est et ignavus, et moleste ferre videtur oratorem: in ærumnis vero et angustiis positus, in multum audiendi desiderium incidit. Nam cum angitur animus, undique consolationem quærit; non minimam autem sermo affert consolationem. (S. Joann. Chrysost.: In Act. Apost., hom. XLII, n. 3, tom. ix, folio 321.)

**El exordio debe ser modesto.—Modestia de San Pablo.**

Teneamus igitur verecundiam, et eam quæ totius vitæ ornatum attollit, modestiam. Non enim mediocre est rebus singulis modum servare atque impartiri ordinem, in quo vere præluet illud quod decorum dicitur: quod ita cum honesto jungitur, ut separari non queat... Honestas velut bona valetudo est, et quædam salubritas corporis: decus autem tamquam venustas et pulchritudo sit... Velut salubritas igitur totius operis actusque nostri honestas est, et sicut species est decorum, quod cum honestate confusum, opinione distinguitur. Nam etsi in aliquo videatur excellere, tamen in radice est honestatis, sed flore præcipuo, ut sine ea decidat, in ea floreat. (S. Ambr.: *De offic.*, lib. i, cap. XLV, tom. iv, fol. 33.)

Neque alius quisquam tantas, non dico ocasiones, sed prorsus necessitates habuit arrogantiam, neque tamen ullus alter ita se munde ab omni jactantia subduxit. (S. Joann. Chrysost., hom. V *De laudibus Pauli*, tom. ii, fol. 503.) Continúa el Crisóstomo observando la necesidad en que, por el honor de su ministerio, se veia el Apóstol de alabarse á sí mismo, y con cuán grande modestia cumplia este imperioso deber. A cada paso hace iguales reflexiones sobre la modestia del Apóstol. Véanse los siguientes pasajes: Hom. in hoc. Apostoli dictum, *Utinam sustineretis*, etc., tom. iii, fol. 291.—Hom. III, in Epist. II ad Corinth., n. 1, tom. x, fol. 443.—Hom. XXIII, in Epist. II ad Corinth., tom. x, fol. 594.—Hom. VII in Epist. ad Ephes., n. 1, tom. xi, fol. 45.—Hom. XI, in Epist. ad Coloss., nn. 1 et 3, fols. 404-408.

**El exordio debe ser correcto, pero sencillo.**

Pulchra igitur virtus est verecundiæ, et suavis gratia, quæ non solum in factis, sed etiam in ipsis sectatur sermonibus; ne modum progrediari loquendi, ne quid indecorum sermo resonet tuus. Speculum enim mentis pleurumque in verbis refulget. Ipsum vocis sonum librat modestia, ne cujusquam offendat aurem vos fortior. Denique in ipso canendi genere prima disciplina verecundia est: imo etiam in omni usu loquendi; ut sensim quis aut psallere, aut canere, aut postremo loqui incipiat; ut verecunda principia commendent processum. (S. Ambros.: *De offic.*, lib. i, cap. xviii, tom. iv, fol. 12.)

Oratio sit pura, simplex, dilucida, atque manifesta plena gravitatis et ponderis; non affectata elegantia, sed non intermissa gratia. (S. Ambr.: *De offic.*, lib. i, cap. xxii, tom. iv, fol. 17.)

Cujus evidentia diligens appetitus aliquando negligit verba cultiora, ne curat quid bene sonet, sed quid bene indicet atque intimet quod ostendere intendit. Unde ait quidam, cum de tali genere locutionis ageret, esse in ea quamdam diligentem negligentiam. (*Cicero in Oratore.*) Hæc tamen sic detrahit ornatum, ut sordes non contrahat. (S. Aug.: *De Doct. christ.*, lib. iv, cap. x, tom. iii, fol. 99.)

**Bossuet, San Jerónimo y San Gregorio Nazianceno.**

El pasaje de la oracion fúnebre de la duquesa de Orleans está en la pág. 53 de la edicion de París de 1823, y en la 68 de la edicion de 1843. Compárese con el siguiente rasgo de San Jerónimo:

«Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum, et plorabo, non ut Jeremias ait, vulneratos populi mei; nec ut Jesus miseriam Jerusalem; sed plorabo sanctitatem, misericordiam, innocentiam, castitatem: plorabo omnes pariter in unius morte defecisse virtutes» (Ad Paulam, super obitu filia Blesillæ, tom. iv, part. II, fol. 54.)

La oracion fúnebre de la duquesa de Orleans comienza en la pág. 51 de la edicion de 1823, y en la 67 de la edicion de 1843. Hé aquí cómo principia el Nazianceno el elogio fúnebre de San Basilio:

«Scilicet hoc restabat, ut cum magnus ille Basilius

multa nobis orationum argumenta proposuisset... seipsum nunc proponeret, argumentum certaminum omnium maximum, iis qui litteris et eloquentia operam dederunt.» (Orat. XX, tom. i, fol. 285.)

**Exordios que proceden de un ánimo fuertemente impresionado.**

Afectado San Basilio por una pública calamidad, comenzó así:

«*Leo rugiet, et quis non timebit? Dominus Deus loquutus est, et quis non prophetabit?* Exordiamur orationem à Prophetæ verbis, atque in hujus argumenti tractatione auxiliarium assumamus ipsum Amos divinitus afflatum, qui his quibus infestamur, pares calamitates curavit. Videlicet exponamus quid nobis consilii sit de profuturis, et quid de iisdem sentiamus. Nam et propheta ipse in superiorum temporum cursu populo relinquente paternam pietatem, eodemque et conculcante legum integritatem, et ad idolorum cultum delabente, pœnitentiæ factus est præco, adhortans ad conversionem, et pœnarum minas intentans. Utinam autem mihi aliquo saltem modo uti liceat veteris historiae zelo. Sed absit ut eorum quæ tunc acciderunt, exitum videamus. Nam populus contumax, et velut equulus durus ac freni impatiens, idque mordens, ad id quod conducebat, tractus non est. Imo à recta via digressus, tamdiu inordinate divagatus est, infremuitque adversus aurigam, donec in barathra ac præcipitia lapsus, meritas contumaciæ pœnas internecone dederit. Quod avertat Deus à nobis, filii mei, quos per evangelium genitus, velut fasciis per manuum benedictionem involvi. Sed sit auditio benigna, anima morigera, suscipiens leniter admonitiones, dicenti cedens velut cera sigillum imprimenti: ut per istud vestrum studium, et ego laborum fructum lætificantem recipiam, et vos cum his malis fueritis liberati, hanc nostram exhortationem laudetis. Quid igitur est quod indicat sermo? Nan etiamnum tenet animos suspensos spe audiendi, dum quod expectatur, proferre in medium distulit. (S. Basil., hom. dicta «tempore famis et siccitatis,» n. 1, tom. ii, fol. 62.)

Consuetam rursus attingere doctrinam volo, et spiritualem mensam vobis apponere: sed piget me cunctorque, dum video nullum vos ex assidua doctrina fructum capere. Quandoquidem agricola quoque postquam liberali manu semina sinui terræ commisit, neque dignum

laboribus germen videt exoriri, non eadem cum animi alacritate agriculturam exercet: quoniam spes ubertatis frugum semper molestiam laborum imminuit. Pari ratione nos quoque multum hunc docendi laborem æquo animo ferremus, si nos quidpiam profecisse cohortatione nostra didicissemus ad utilitatem vestram promovendam: jam vero cum conspiciamus post tam multas cohortationes nostras, post tam multas admonitiones et castigationes; neque enim cessavimus vobis in memoriam revocare tremendum illud tribunal, inevitabiles illas pœnas, ignem illum, qui nunquam extinguitur, et vermem qui nunquam moritur; eorum nonnulli, qui hæc audiunt, non enim in omnes sententiam fero, absit, horum omnium obliti, rursus illi satanico se circensium spectaculo dederunt, qua tandem expectatione lactati redibimus ad eosdem labores, et hanc illis doctrinam spiritualem apponemus, cum nullum eos inde fructum percepisse videamus, sed consuetudini cuidam temere obsequentes cum aplausu, quæ dicebantur à nobis, excepisse, nobisque significationem dedisse voluptatis ejus quam ex nostris sermonibus capiebant, ac deinde rursus ad circum accurrere, majorique cum applausu, et effrenata quadam insania cursibus agitatorum favere, summa contentionem cum illis concurrere, et inter se frequenter velitari, ac dicere, unum quidem ex equis non recte cucurrisse, alterum vero sub plantatum esse prolapsum, et hunc quidem illi agitatori se adungere, illum vero alteri, nec usquam eos mente versare, vel recordari verborum nostrorum, neque spirituum tremendorumque mysteriorum quæ hic celebrantur, sed quasi diaboli, laqueis captivi teneantur, illic totos dies traducere, et satanicis spectaculis se dedere, neque Judæis ac Gentilibus opprobriis obruendos exponere, illisque qui rebus nostri voluerint obrectare? Quis ergo, tametsi fuerit plane saxeus, aut stupidus, hoc sine dolore ferre poterit, nedum nos, qui erga, vos omnes paternum affectum exhibere contendimus? Neque enim hoc solum est, quod nobis dolorem inurit, quod inutilem nostrum laborem reddatis, sed multo magis tangit, cum nobis venit in mentem eos, qui hæc faciunt, graviorem sibi damnationem accersere. Nos enim laborum mercedem à Domino expectamus: quoniam expendimus, et creditum nobis talentum distribuimus, nihil eorum quæ nostrarum erant partium præ-

termissimus; qui vero spirituales has pecunias acceperunt, quam quæso excusationem habebunt, quam veniam, cum non illæ tantum ab eis exigentur, sed etiam quæstus illarum? Quibus oculis judicem intuebuntur? Quo pacto formidabilem illum diem ferent, intoleranda tormenta? Nunc enim ad ignorantiam confugere poterunt? Quotidie inelamamus, admonemus, cohortamur, fraudis perniciem indicamus, gravitatem damni, satanici conventus dolum, nec tamen ita potuimus commovere. Quid dico diem illum formidabilem? Interim de hujus vitæ rubus sermonem instituamus: quo pacto quæso poterunt qui satanico illi spectaculo intersunt, huc confidenter venire, cum se ab insurgente ac vehementer reclamante conscientia sua sentiant condemnari? (S. Joann. Chrysost.: In illud «Intrate per angustam portam et in Lazarum,» VII, n. 1, tom. I, fol. 790.)

*Fundamenta ejus in montibus sanctis.* Nihil de illa adhuc dixerat Psalmus; hinc incipit, et ait: *Fundamenta ejus in montibus sanctis.* Cujus fundamenta? Non dubium est quia fundamenta, præsertim in montibus, civitatis alicujus sunt. Repletus ergo Spiritu Sancto civis iste, et multa de amore et desiderio civitatis hujus volvens secum, tamquam plura intus apud se meditatus, erupit in hoc, *Fundamenta ejus in montibus sanctis*; quasi jam de illa dixerit aliquid. Quomodo de illa nihil dixerat, qui nunquam de illa corde tacuerat? Quomodo enim dicitur *ejus*, de qua nihil dictum est? Sed multa, ut dixi, secum in silentio de illa civitate parturiens, clamans ad Deum, erupit etiam in aures hominum: *Fundamenta ejus in montibus sanctis.* (S. Aug.: Enarrat. in Psal. LXXXVI, tomo IV, fol. 1101.)

Sed quid est quod viro eo quem hortulanum credit, cui necdum dixerat quem quærebat, ait: *Domine, si tu sustulisti eum?* Quasi enim jam dixisset ex cujus desiderio plangeret, eum dicit quem non dixerat. Sed vis amoris hoc agere solet in animo, ut quem ipse semper cogitat nullum alium ignorare credat. Recte et hæc mulier quem quærit non dicit, et tamen dicit: *si tu sustulisti eum*; quia alteri non putat incognitum, quem sic ipsa continuo plangit desiderio. (S. Greg. M., in Evang., lib. II, hom. XXV, n. 5, tom. I, fol. 1548.)

## Exordios ex abrupto.

Hæccine ferenda? Hæccine toleranda? Vobis enim ipsis iudicibus contra vos uti volo. Sic Deus Olim se gessit erga Hæbreos, cum ipsis enim exostulans, sic eos alloquebatur: *Populus meus, quid feci tibi, aut in quo contristari te, vel molestiam tibi attuli? Responde mihi: ac rursum, Quid invenerunt Patres tui in me delicti?* Hunc ego quoque imitabor, vosque sic iterum alloquar: Hæccine ferenda? hæccine toleranda? Post longa sermonum curricula, post tantam doctrinam, quidam nobis relictis ad spectaculum concertantium equorum transfugerunt, atque ita debacchati sunt ut totam urbem vocibus clamoribusque repleverint inconditis multumque risum moventibus; imo potius luctum afferentibus. Ego itaque domi sedens et erumpentem vocem audiens, graviora patiebar, quam ii qui tempestate jactantur. Quemadmodum enim illi fluctibus ad latera navis sese fragentibus, de extremis periclitantes formidant: sic et in me gravius erumpebant illi clamores, inque terram spectabam pudore suffusus; aliis qui superne positi erant sit turpiter et indecore se gerentibus; aliis vero qui infra et in medio foro erant aurigas cohortantibus, plaudentibus, et acriore, quam illi, clamore utentibus. Quid porro dicemus? aut quam defensionem parabimus, si quis extraneus adstans incusaverit dixeritque: Hæccine urbs Apostolorum? Hæccine quæ talem accepit doctorem? Hæccine agit populus Christi amans, theatrum non fictitium et spirituale? Ne ipsam quidem diem reveriti, in qua symbola salutis generis nostri consummata sunt. Verum in Parasceve, cum Dominus tuus pro orbe crucifigebatur, et sacrificium tale offerebatur, paradus aperiebatur, et latro in antiquam reducebatur patriam: maledictio dissolvebatur, peccatum delebatur, diuturnum tollebatur bellum. Deusque reconciliabatur cum hominibus, atque omnia mutabantur: in illa die in qua jejunaere oportebat, confiteri, et gratias precando referre ei qui tot bona orbi contulit: tunc tu relicta Ecclesia et sacrificio spirituali, fratrumque cœtu, atque jejunii gravitate, captivus à diabolo ad illum spectaculum abductus es? Hæccine ferenda? Hæccine toleranda? (S. Joann. Chrysost., Hom. «adversus eos qui Ecclesia relicta ad circenses ludos et ad theatra transfugerunt,» n. 1, tom. vi, fol. 272.)

Præfecti quidem providentiam laudavi, quoniam tumultuantem conspicatus civitatem, et omnes de fuga deliberantes: ingressus, vos consolatus est, et in bonam spem adduxit: pro vobis autem rubore pudoreque affectus sum, quod exterioris; post multos prolixosque sermones illos, consolationis indigueritis. Optavi terram mihi dehisce, et immergi, quando ipsum vobis loquentem audiebam, et intempestivam hanc et irrationabilem timiditatem modo consolantem, modo culpantem. Non enim vos ab illo doceri oportebat, sed infidelibus vos præceptores omnibus fieri, nec apud infideles judicari Paulus permisit. Tu vero post tantam patrum admonitionem externis indignisti præceptoribus, et fugitivi et verberones quidam rursus civitatem tantam excitaverunt, et in fugam conjecerunt. Quibus oculis amplius infideles respiciemus, tam pavidi enim simus et timidi? Qua lingua ipsos alloquemur, et pro ingruentibus malis confidere persuadebimus, omni lepore timidiore per hanc facti anxietatem? Et quid faceremus? inquit: homines enim sumus. At propter hoc ipsum perturbari non oportet, quia homines sumus, et non bruta. Illa fragoribus et stridoribus omnia terrentur: non enim habent rationem, quæ timorem repellere possit: tu vero ratione et consilio decoratus, quomodo in illorum segnitiem cadis? Ingressus est quidam, militum incursionem nuntiavit? Ne turberis, sed ipsum dimittens, genua flecte, Dominum tuum roga, geme amare, et adversitatem repellet... Qualem mihi mentem putatis nunc esse? Quomodo pudore suffundi? Quomodo deprimi? Quomodo erubescere? Nisi multa à patribus vi compulsus fuisset, neque surrexerem, neque locutus fuisset dolore obtenebratus ex pusillanimitate vestra, sed neque nunc in meipsum redire possum: sic animum mihi indignatio et tristitia obsidet. Quis enim non ægre ferrer, quis non succenseret, cuando post tantam doctrinam gentilibus opus habuistis doctoribus qui hortarentur et monerent, ut præsentem generose timorem ferretis? Orate igitur dari nobis verbum in apertione oris nostri; ut hanc tristitiam excutere possimus, et paulum mentem excitare. Etenim pudor de pusillanimitate vestra animum valde nostrum dejecit. (S. Joann. Chrisost., ad pop. Antiochenum, hom. XVI, tom. II, fol. 160.)

Véanse del mismo Santo Doctor los exordios de las homilias I in illud «Paulus adhuc,» etc., tom. III, fol. 98, y de la XLIV In Act. Apost., n. 4, tom. IX, fol. 335.)

Movent quidem me ad dicendum vespertina spectacula: sed ex altera parte impetum meum cohibet, alacritatemqueretundit priorum laborum inutilitas. Nam et agricola, si priora semina enata non sint, ad aliud semen in iisdem arbis rursus spargendum segnior est et tardior. Etenim si ex tot exhortationibus, in quibus tum præterito tempore vos indesinenter adhortati sumus, tum postea per has septem jejuniorum hebdomadas nocte ac die evangelium gratiæ Dei sine ulla intermissione vobis denuntiavimus, fructus nullus nullaque utilitas emersit; qua spe sermonem hodie habebimus? O quot noctes frustra vigilastis, quot dies frustra convenistis, si tamen frustra! Nam qui in bonis operibus progressum fecit, deinde vero ad consuetudinem antiquam revertitur, non insumptorum modo laborum mercedem amittit, sed fit etiam pœnæ graviori obnoxius; quod cum Dei verbum bonum degustaverit, mysteriorumque cognitione dignatus sit, perdidit omnia, brevi voluptate inescatus: *Nam minimus quidem venia ac misericordia dignus est: potentes vero, inquit, potenter torquebuntur.* Vespera una et unus inimici assultus omnem illum laborem dissolvit et evertit. Quæ ergo mihi alacritas nunc ad dicendum? Quare etiam tacuissem, mihi credite, nisi Jeremiæ timuisssem exemplum: qui cum ad populum contumacem verba facere nollet, passus est quæ ipse recenset: quod factus est ignis in ejus visceribus, ac undique dissolvebatur, nec ferre poterat. Mulieres lascivæ, timoris Dei oblitæ, æternum ignem aspernatæ, in illa ipsa die cum hoc resurrectionis memoriam oportuerat eas in domibus sedere, ac recordari diei illius, in qua aperientur cœli, et apparebit nobis iudex è cœlis, et tubæ Dei, et resurrectio mortuorum, et iudicium justum, et redditio uniuersis iuxta opus suum; cum de his cogitare debuissent, suaque corda à pravis cogitationibus purgare, et priora peccata lacrymis delere, atque ad Christi occursum pro magno illo die apparitionis ejus sese præparare, servitutis Christi excusso jugo, velamentis honestatis à capite rejectis, contempto Deo, spretis ipsius angelis, virilem omnem aspectum citra pudorem ferentes, comas agitantes, trahentes tunicas, ac pedibus simul ludentes, lascivienti oculo, effuso risu, ad saltandum quasi quodam furore concitæ, omnem juvenum libidinem in seipsis provocantes, in Martyrum basilicis promœnibus civitatis choros constituentes, loca sancta officinam obscenitatis suæ effecere. Cantilenis meretriciis

ut aërem conspurcarunt, ita terram tripudiis pulsatam pedibus immundis fœdarunt, spectaculum sibi ipsis juvenum turbam undique statuentes, plane inverecundæ, prorsusque insipientes, nullum insaniam modum omittentes. Hæc quomodo tacebo? Quomodo, ut par est, lugebo? Vinum nobis harum animarum damnum intulit. Vinum, Dei domum ad infirmitatis levamen sobriis datum, nunc lasciviæ factum est instrumentum intemperantibus. (S. Basil., hom. XIV, *in ebriosos*, n. 1, tom. II, fol. 122.)

Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis terram. Omnes enim quasi ex edita quadam et mediterranea specula, magno ac sublimes præconio appello. Audite populi, tribus, linguæ, homines omnes cujusvis generis et ætatis, tam qui nunc estis, quam qui post eritis: atque quo latius præconium pateat, omnis cœlorum virtus, omnes Angeli, quorum opera tyrannus extinctus ac deletus est, non Seon ille rex Amorrhæorum, neque Og rex Basan, exigui principes atque Israellem, hoc est parvam orbis partem vexamus, verum draco ille Apostata ille, magna illa mens, Assyrius ille, ille communis omnium inimicus atque hostis, qui et multum furorem multasque minas in terra profudit, et multam iniquitatem in Excelsum locutus ac molitus est. Audi cœlum, et auribus percipe terra. Jam enim mihi tempus est, ut iisdem verbis utar quibus Esajas vocis sublimitate Prophetas omnes antecellens. Hoc unum interest, quod ille ob Israellem, qui Dei legem rejecerat, ea vocat atque contestatur: ego autem ob tyrannum, qui et eam rejecit, et misere, ut ipsius impietas merebatur, occidit. Audi hæc etiam Constantii magni anima, siquis mortuis sensus est, omnesque eorum, qui Imperium ante ipsum tenuerunt, piæ Christi que amantes animæ: verum illa præ cæteris, quoniam cum simul cum Christi hæreditate crevisset, eamque pro viribus auxisset, temporisque diuturnitate confirmasset, adeo ut eo nomine omnes, qui unquam imperio potiti fuerant, splendore gloriaque superarit (ò gravem impressionem!) ignoratione lapsus est, ipsius pietate admodum indigna: Christianus Christi hostem insciens aluit, in eoque uno haud recte humanitate ac benignitate usus est, quod, eum et servavit, et ad imperium evexit, qui male ad scelerate, et servatus est, et imperium administravit. (S. Greg. Naz., orat. III, tom. I, fol. 45.) (Véase la nota de la pág. 130.)

Como exordios de grande pompa y vivo entusiasmo

recomendamos el de San Basilio, hom. XV, «de fide,» tom. II, fol. 130, y el de San Cipriano en su libro *De Lapsis*, fol. 429.

#### Proemios.

San Juan Crisóstomo era muy dado á los proemios: en la pág. 78 hemos indicado las razones con que el Santo abonaba su conducta; expúsolas ámpliamente en su discurso *De mutatione nominum*, concio III, nn. 1 y 3, tom. III, fols. 115 y 120.

Los proemios de San Agustin eran siempre breves: pueden verse los siguientes: In Joann., tract. XLVII, n. 1, tom. III, fol. 1732.—Enarrat. in psalm. xxx, serm. II, tom. IV, fol. 239.—In psalm. xxxiii, serm. II, fol. 307, —In psalm. XLVIII, serm. II, fol. 555.

#### Exordios de insinuacion.

Observa San Juan Crisóstomo la prudencia con que el Apóstol suprimió su nombre en la carta á los Hebreos, en su homilía, in illud, «in faciem Petro,» etc., tom. III, fol. 371, y en la hom. I sobre la carta á los Romanos, tomo IX, fol. 329.

Admira el mismo Crisóstomo la exquisita prudencia con que el Apóstol predicó á los atenienses, tomando ocasion del *Ignoto Deo*, en su hom. «De Anatemate,» n. 4, tom. I, fol. 695, y en la I «in principio Act.» nn. 3 y 4, tom. III, fols. 55 y 57.

Modelo admirable de exordios de insinuacion es el de la homilía del Crisóstomo. «Non esse ad gratiam concionandum.» (Tom. II, fol. 658.)

El exordio de San Gregorio Nazianceno, citado en la página 79, es el de su oracion XI, tom. I, fol. 159.

#### Exordios de refutacion.

San Basilio, en la primera de sus dos elocuentes homilías sobre aquellas palabras de San Pablo *semper gaude*, etc., preocupa, como el mismo dice, los argumentos que pudieran oponerse á la sublime doctrina del Apóstol; los esfuerza, los refuta, y esta refutacion le presta abundante materia para sus discursos. «Porro quæ nobis ab adversariis objiciuntur, dum legem traditam impleri non

posse calumniantur, ea præoccupare necesse est.» (*De grat. actione hom.*, tom. II, fol. 24.)

Entre los exordios que comenzando por la refutacion excitan é interesan la atencion del auditorio, son notables el de San Juan Crisóstomo «in illud in faciem Petro restiti,» tom. III, fol. 362, y el del sermón LXX de San Agustin, tom. V, fol. 442.

#### LECCION XVII.

##### La proposicion debe ser exacta.

Quod si humanæ infirmitatis intentio etiam ab ipsa rerum veritate aberraverit; quamquam in catechizandis rudibus, ubi via tritissima tenenda est, difficile potest accidere: tamen ne forte accidat ut etiam hinc offendatur auditor, non aliunde nobis debet videri accidisse, nisi quia Deus expediri nos voluit, utrum cum mentis placiditate corrigamur, ne in deffensionem nostri erroris majore præcipitemur errore. Quod si nemo nobis dixerit, nosque et illos qui audierunt omnino latuerit, nullus dolor est, si non fiat iterum Plerumque autem nos ipsi recolentes quæ dixerimus, reprehendimus aliquid, et ignoramus quomodo cum diceretur acceptum sit; magisque dolemus, quando in nobis fervet charitas, si cum falsum esse, libenter acceptum est. Ideoque opportunitate reperia, sicut nos ipsos in silentio reprehendimus, ita curandum est, ut etiam illi sensim corrigantur, qui non Dei verbis, sed plane nostris in aliquam lapsi sunt falsitatem... Nonnumquam etiam, cum recte omnia vereque dicantur, aut non intellectum aliquid, aut contra opinionem et consuetudinem veteris erroris ipsa novitate asperum, offendit et perturbat audientem. Quod si apparuerit, sanabilemque se præbet, auctoritatum rationumque copia sine ulla dilatione sanandus est. (S. Aug.: *De catechizandis rudib.*, cap. XI, tom. VI, fol. 322.)

##### Anécdotas, y un pasaje de San Agustin.

Hæc autem dixi, quia Christianum quempiam aliquando audivi contra Græcum ridicule disputantem: ambo namque in disputatione, rem suam confutabant et pessumdabant. Nam quæ Christianum dicere oportuisset, illa